

donat. rium, jus in re jam illi quaesitum poenitentia donataris non est auferendum; *l. id quod nostrum, 11. ff. de reg. jur.* Sed haec consideratio movere non debet, ut à D. Covarruvias deviemus; nam praeterquam quod non omnino compertum est, ex *dict. l. 7. Partita*, absque traditione dominium, & possessionem in donatarium substitutum transferri, casu restitutionis adveniente, ut constat ex notatis *suprà ad n. 3. vers. Hanc vero Philippi*, etiam si id concedatur, debet intelligi praecedente ipsius substituti acceptatione, per quam donatio perficiatur; atque ita sicut communiter receptum est, etsi constitutio illa suppleat defectum traditionis, acceptationis necessitatem non sustulit. Illud enim ad executionem contractus respicit, hoc verb ad perfectionem obligationis; nec clausula respiciens executionem actus, ejus naturam potest immutare, Molin. *d. cap. 2. n. 59. 60. D. Covar. in rubric. de testament. p. 2. n. 39. Menoch. cons. 84. n. 45. Aug. Barbof. cum plurimus, in tractat. de clausul. usufreq. claus. 60.* Unde cum D. Covar. tenendum est, donationem non acceptatam per secundum donatarium in casu *d. l. quoribus, & l. 7. Partita*, posse revocari, etiam si, tempus ad sit quo effectum erat sortitura; in quam sententiam inclinat Sanch. *dict. dub. 1. n. 10. in fine.*

Ad Num. 14.

52 Maxime dubitari potest de veritate hujus illationis; quoniam oppositum verius videtur, admissa ut certiore & receptiore sententia, quae docet, etiam in donatione facta Ecclesiae, acceptationem ad irrevocabilitatem desiderari; de qua Hermos. *in d. l. 4. glof. 1. n. 28. cum seqq. tit. 4. p. 5. Sanch. d. lib. 1. disp. 6. n. 16. Mol. d. c. 2. n. 58. Ant. Gabr. commun. lib. 3. tit. de verbor. obligat. conc. 1. n. 72.* qui plurimos referunt, etsi contrarium tueantur alii, quos adducit Hermos. *n. 29. & Tondur. q. benefic. c. 83. n. 10.* nam cum in casu *d. l. quoribus*, respectu donatarii substituti vera detur donatio à prima, ac principali, distincta; Hermos. *d. glof. 4. n. 16.* eadem in hac, ac in alia qualiter donatione absolute facta, desiderantur, Molin. *d. c. 2. c. 74. vers. Quod adeo, Hermos. ubi proxime, nu. 3.* Igitur ante acceptationem Ecclesiae liberum erit, donatori pactum in illius favorem adjectum revocare, atque ita in specie tenent Hermos. *in d. glof. 4. in princ. Gregor. Lop. ibidem, Sanch. d. dub. 1. n. 4. Molin. ubi proxime, Cyriac. tom. 2. controv. 269. nu. 83.* Idemque obtinebit post adventum diei ad restitutionem designati, ut nuper in privato probavimus. Neque ad rem facit *l. fin. Cod. de sacros. Eccles.* Quoniam ita accipienda est, ut tunc Ecclesia absque traditione dominium rerum donatarum nanciscatur, quando donatio suam perfectionem fuerit consequuta; quod non contingit, nisi accedat Ecclesiae donatariae acceptatio; quibus addenda sunt, quae proxime ad *d. l. 7. Partita*, diximus; cum eodem modo illi, ac legi finali; de qua agimus, satisfiat, Sed haec sunt limitanda, quando immediate promissio fit Deo, ut proxime probabitur *nu. 55.* nam quod *ibi* de causa pia, etiam de Ecclesia intelligendum est.

Non magis urget communis opinio docens, favore causa pia posse alteri per alterum stipulari: Quod quidem verum est, ut subsistat stipulatio; alias inutilis, *l. stipulatio ista 38. §. alteri, ff. de verb. obligat.* non tamen ut sine ratihabitione fiat irrevocabilis donatio, quae etiam facta favore piae causae acceptationem desiderat, Guttier. *in d. c. quamvis pactum, in princ. n. 55. Molin. d. c. 2. nu.*

65. & cum multis resolvit, Hermos. *d. l. 4. glof. 1. n. 28. cum seqq.* ubi contrarias refert opiniones; & 55 hanc, quam sequitur, limitat, si in honorem Dei aliquid piae causae promittatur ita: *Promitto Deo, me daturum tali b. sp. tali centum;* nam haec donatio statim efficitur irrevocabilis, & valet in vim voti; de quo Sanch. *d. disp. 6. n. 17. Barbof. in l. 1. p. 3. n. 18. 19. ff. solut. marr. Barbof. junior. in collect. ad l. illud, nu. 16. Cod. de sac. Eccl. Sanch. ibi num. 6. Rosella Angel. Sylvest. in sum. apud Sanch. qui observat in hoc standum esse intentioni promittentis, & in dubio votum praesumi. Praeterea hoc interesse, cum quis obligatur ex voto, aut ex promissione; homini facta in favorem, piae causae; nam primo casu poterit obligatio tolli, aut commutari autoritate Episcopi non consentiente eo; cujus interest; non sic secundo, cum semel fuerit acceptata donatio Ecclesiae, aut piae causae nomine. Ex quibus constat, quod etsi modus adjectus sit in favorem Ecclesiae, vel causae p. a., potest ante acceptationem vocari quocumque tempore ab ipso donatore.*

Objicit Hermos. *d. glof. 4. n. 13. D. Covar.* quod 56 in ejus mentem non venit *d. l. 7. Partita*; quando hic constituit differentiam inter Ecclesiam, & privatam, quoad decisionem textus in *d. l. quoribus* sed non recte, nam cum D. Covar. *suprà hoc. c. nu. 5.* docuisset, ea constitutione non obstant, nec possessionem in secundum donatarium, sine traditione transire, non ex oblivione, sed consulto inter privatam, & Ecclesiam distinxit, ob *d. l. fin. C. de sacros. Eccles.* in quo consequenter loquutus est licet ejus sententia praecipua jure non probetur communiter, ut *ibi* diximus.

Ad Num. 15.

Ex praemissis apparet, probabilius esse modum adjectum in favorem piae causae, vel Ecclesiae, posse ante acceptationem revocari per ipsum donatorem; & ita tenent Sanch. *d. dub. 1. n. 4. Molin. d. cap. 2. nu. 74. Navarr. in apolog. pro lib. monit. 60. nu. 2.* & alii adducti *suprà num. 52 ad medium*, quibus iugendi sunt omnes, qui docent, donationem Ecclesiae, vel piae causae factam, revocabilem esse ante acceptationem, quos cumulant Barbof. *in dict. collectan. nu. 16. Guttier. de matrim. cap. 6. nu. 6. & alii laudati sup. d. num. 52. in princ.* nam inter donationem simplicem principaliter factam, & eam, 57 quae per adjectionem gravaminis in alterius favorem fit; nulla est (ut ex Hermos. Molin. & aliis *suprà* observavimus) differentia.

Utrum donatio dotis causa facta possit ante acceptationem revocari? controversatur, de quo Menoch. *cons. 92. nu. 79.* ubi pro utraque parte aliquid refert; & verius est, re integra, id est antequam matrimonium contrahatur, ad quod aliquid dotis causa donatum est, posse poenitere donatorem; postea non utique; Paul. de Cast. *in l. si ego, §. si res, ff. de jur. dot. Bald. in l. sicut, C. de actionib. & oblig. Deci cons. 35. num. 10. vers. Et per illum textum.*

Ad Num. 16.

Interpretatio ad *d. l. si ergo 10. §. si res, ff. de jur. dot.* 59 quam D. Covar. contra Commune tradit, non videtur Ulpiani menti convenire; nam sic, ut ipse putat, defunctus non potuit, dum vixit, mandatum illud revocare, neque ejus haeres posset, omni dotis favore secluso; si quidem quod ipsis contrahentibus obstat, & eorum successoribus ob stare debet *l. quod ipsis 196. ff. de regul. jur. ubi Ravard. qui*

ait, non posse melioris conditionis haereditatem, quam defunctum esse; sed ejusdem censetur, *l. haereditem 60. ff. de reg. jur. Menoch. consil. 934. n. 44. Cyriac. controv. r. 277. nu. 3.* Neque specialitatem contineret, quod haeres compelleretur consentire alienationi rei suae nuntius sequitur, si ad idem donator praecise teneretur: Nam dominium cum sua causa vadit ad successores, *l. si convenerit. 18. §. si fundus ff. de pignor. action. l. alienatio 67. ff. de contemptor. Cyriac. sup. n. 10. & haeres regulariter compelli potest, ad quod antecessor tenebatur; l. postulante 44. ff. ad Trebel. Cyriac. n. 7. Nara cons. 430. nu. 2.*

61 Quibus perpensis, dubium esse non potest, quin defuncto donatori licuerit, re integra, mandatum 62 revocare; quae facultas de rigore juris, etiam haerediti competere debebat, qui in omne jus testatoris successit; *l. cum haeres 23. ff. de acquir. possess. l. cum haeres 11. ff. de divers. & temp. praescript. Argel. de acquirend. possess. quest. 10. artic. 6. nu. 3. Cyriac. controv. r. 327. nu. 56. Menoch. cons. 108. num. 46.* Nec ex persona successoris natura obligationis immutatur, *l. 2. §. ex his ff. de verb. obligat. Cyriac. dict. controv. r. 277. nu. 5. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disputat. 9. num. 2.* cum defunctus, & haeres juris intellectum una eademque persona censentur; *Auth. de iurejur. à moriant. praesit. in princ. Carleval. sup. Merlin. de pignoribus lib. 2. questio. 60. num. 7. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesump. 47. nu. 10.* Imò potius mandatum illud, mortuo, qui mandavit, ante nuptias sequitas debebat expirare, *l. inter causas 16. ff. mandat. l. mandatum. 15. C. eod. tit. Sed suadente dotis favore, haerediti juri derogatum est, atque ita non solum mandatum post mortem domini durat, verum etiam irrevocabile manet, ut fert commune DD. Cyriac. de quo Morla *in empor. tit. de juridic. omn. judic. n. 103. Sanch. d. disput. 6. nu. 9.**

Unde colligitur in *d. §. si res*, minime probari, non licere donatori poenitere, quando in causam 66 piam liberalitatem exercet, etiam si nulla interveniat acceptatio; Imò contrarium probat textus in *l. 1. C. si mancip. ita fuer. alien.* Illud autem ex illo textu solum deduci potest, eam revocationem mandati ad pias causas, haerediti mandatoris non esse permissam. Nec recte argui potest hoc modo. *Haerediti non licet revocare, ergo nec testatori licebat;* non enim legitime inferitur, quando quidem donator ipse potest ante acceptationem donationem revocare, ut notum est, quod haeres ejus non potest; Sanch. *d. dub. 1. nu. 11. & alii infra referendi nu. 72.* ubi D. Covar. sic docet, facitque, *l. 3. ff. de serv. export.*

Nec replicet aliquis, hoc esse contra proxime dicta; nam si haeres nequit revocare donationem, quam defunctus poterat, quomodo in casu *d. l. si ego* necesse fuit specialis favor dotis, ne haeres revocaret donatum, ut dicitur in *d. §. si res.* Nam responderetur, *ibi* nullam fuisse donationem, cum jure civili ante *l. si quis argentum, C. de donation.* illa non valeret, nisi stipulatione, aut traditione interveniente, & utrumque in *d. §. si res*, defecit; siquidem donum datum non est illi: cui donatio facienda erat, ex quo conciliatur *l. 2. §. si pecuniam, ff. de donat.* ubi pecuniam donator tradidit donatario, atque ita valuit donatio sub conditione, quae statim per acceptationem irrevocabilis facta est, tam quoad donantem, quam quoad haereditem, nisi ex defectu conditionis resolveretur, *Faria addit. ad Covar. Tom. 1.*

Quae non impugnat principium *d. l. si ego*, quod D. Covar. allegat, in quo duplex est casus. Primus quando res ita fuit tradita, ut statim mulieris fieret, & revocationi non est locus, cum fuerit donatio omnino perfecta; *d. §. alia, Inst. de donat.* Sed, 68 matrimonio non contracto, conditio datur ad repetendum; quasi causa non sequuta, ob quam fuit datum; *l. legem. 9. ubi Clof. C. de donat.* Secundus casus fuit cum res sic est dedita, ut donatori maneret, dum nuptiae non contrahebantur; quibus non celebratis, Consultus vindicationem competere ait illi, qui tradidit; sed non ideò negat, hoc casu si donator vellet, potuisse poenitere, cum nullum sit impedimentum; ut ex proxime dictis satis colligitur. Similiter Imperator in *d. l. legem*, donatorem praescriptis verbis agere posse ad implementum modi, quem donando adjecit, dixit; nec meminit conditionis ob causam, quae illi etiam ad repetendum; quod dedit, compete- bat, *l. 1. Codic. de donat. que sub mod.*

Vers. His equidem omnibus.

Sequitur Menoch. *cons. 296. num. 85. & Ruin. 69 cons. 7. nu. 29. lib. 1.* & est receptius, licere, in contractibus innominatis etiam favore piae causae poenitere, quod de jure communi procedit; nam quoad jus Regium, propter *d. l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil. generaliter*, in huiusmodi contractibus locus poenitentiae non est, sed offerens unus ex contrahentibus id, ad quod tenetur, poterit alterum praecise compellere, ut conventioni stet; quod magis obtinuit, etsi aliqui renuant; de quo Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 8. num. 4. Parlador 3 quotidianar. lib. 2. cap. 3. nu. 32. & diff. r. 135. num. 10. Guttier. de juram. confirmat. parte prima cap. 35. num. 1. Gregor. Lob. in l. 3. glof. 4. tit. 6. p. 5. Perez. in dict. l. 3. Orainam. Matienço in dict. l. 2. Recop. glof. 2. nu. 6. 7. Azeved. in l. num. 6. tit. 21. lib. 4. Recopil. Saiced. ad Bern. Diaz. reg. 549. Pati. Molin. tom. 2. disp. 258. num. oblativo Guzman de evulsion. quest. 24. à num. 58. Pichard. in tit. actionum, quest. 37. à num. 57. Inst. de action. Quid de jure Canonico; controversum est; consule ultra praee allegatos, Fachin *lib. 11. controv. r. cap. 8. Cancer. variar. part. 2. cap. 5. nu. 53. Padillam in l. naturalis §. & siquidem, num. 18. ff. de praescript. verb.**

Ad Num. 17.

Quod haeres donatoris revocare nequit donationem non acceptatam, Bortel. *in sum. decision. tom. 3. titulo decimo. n. 156. Trentacinq. variar. libro tertio, tit. de donat. resolut. numero decimo-quarto, vers. suul. Deciaro hanc, & vers. licet donatio, Molin. de primo gen. dict. c. 2. n. 77. Jul. Clar. dict. §. donatio, questio. 13. in fine. Hermos. dict. l. 7. glof. 4. numero duo decimo. Sanch. dict. dub. 1. numero undecimo. Cancer. part. 1. c. 8. numero quadragesimo primo. Pati. Molin. dict. disputat. 265. numero decimo tertio. Robles de Salced *suprà*, libro tertio c. 19. n. 61. Ex qua sententia planè colligitur, mortuo donatore, validam manere donationem, acceptarique à donatario posse; ut docent Molin. *d. c. 2. nu. 77. Fontanel. part. 1. claus. 4. glof. 8. nu. 6. 7. & alii apud Hermosillam in dict. l. 1. glof. 4. nu. 50.**

Ad Num. 18.

Assentit Sanch. *d. dub. 1. in fine*, de quo Marefcot. *variar. lib. 1. cap. 5. à nu. 5.*